



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Octaua. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

miliam alterius in officio trium lectio-
num, quæ eo casu sunt, vel de scriptura
ordinaria, ut in Aduentu: vel de Homilia,
ut in Quadragesima.

5 Officio Vigiliae, quod totum erat de
feria, addidit Pius V. Homilia in Euangeli-
um quod in Milla legebatur, azor,
lib. 10. cap. 16. que est.

6 De partibus Officii Vigiliae dice-
mus infra, & terminatur ad Nonam.

De Octaua. Cap. VIII.

1 C hristo Domino constituta sunt
Octauæ quinque: Natiuitatis, Epiphaniæ, Paschalis, Ascensionis, & Cor-
poris Christi. Spiritui sancto, Pentecostis.
Beatae Virginis, duæ; Natiuitatis, &
Assumptionis; Natiuitati Sancti Ioanni-
nis Baptiste, Martyrio SS. Apostolorum
Petri, & Pauli; Festo Omnimodorum
Sanctorum; Sanctis Stephano, Ioanni Euangeli-
sta, Innocentibus, & Laurentio; Dedi-
cationi propriæ Ecclesie; Patrono prin-
cipali loci, & Titulari in eorum prin-
cipali festo. De quarum origine vide, quæ
scripsimus in Prefatione ad Octauarium
Romanum, ubi & casus explicavimus
octuarum. De Patrono loci Microl. sub
obscure tradit c. 43. quare non excedant
numerum septendecim consueuerunt
cum octayis solemniter celebrari Festa
Sanctorum apud quasdam Ecclesiæ. Co-
gregat. & Religiones, quæ in Rubr. de
Octauis n. 1. non abrogantur; sed post edi-
tum à Pio V. Efeuiatum nulla potest induci
Octaua, ultra predictas, sine Sedis
Apostolicae auctoritate. Ex quo, qui addit
recentior, fieri Festum cum Octaua; tum
Canonizationis, tum Beatificationis San-
ctorum aperte fallitur si loquatur, præci-
sa licentia sanctæ Sedis Apostolicae.

2 later has octauas, est differentia, quæ
revoari potest ad quatuor gradus. In
primo gradu sunt Octauæ Paschalis, &
Pentecostis, in quibus non sit de Festo al-
iquo nec etiam de Patrono loci, Titulo-
ne, seu dedicatione Ecclesie. In secundo,
gradu Octaua, Epiphaniæ admittit tantum
Festum de Patrono, vel Titulari Eccle-

sie, & Dedicationis propriae Ecclesie,
non tamen in die Octaua in qua celebra-
tur Baptismus Christi, & dicitur à Dur.

lib. 6. c. 17. Octaua suppletionis, quia eo
die supplemus, quod in Festo Epiphaniæ
recolimus minus aperte, idest, Baptismū
Christi cui cedere debet Patroni Festum
ut serui Domino. In tertio gradu Octa-
ua Corporis Christi admittit tantum Fe-
sta duplia non tamen translata, ut de-
crevū est in recognitione postrema Bre-
uarij nisi translata sint altioris ordinis ut
de Festo S. Joannis Baptiste dicennus. Nō
admittit semiduplicia, ex Decreto Leon.
XXII. quod habetur in Breuiar. M.S. Bi-
blioth. S. Isidori de Urbe. In quarto gra-
du Octauæ reliqua Natiuitatis Domini,
Ascensionis, & aliorum Sanctorum ad-
mittunt quecumque Festa etiam semidi-
uplicia. Neque mireris, quod in Octaua
Natiuitatis admittatur semiduplicia, quia
scola Natiuitatis Christi est officina hu-
militatis, ex S. Augustino. Ascensionis
ut Respectu Ecclesie militantis est Octaua
mixta merore, ob discessum Christi.

3 Rubrica, de Octauis n. 1. addit: etiam
translata, quod verbum verifica-
tur in duplicibus; quia vere celebantur
quocumque die infra dictas octauas, at
in semiduplicibus non videtur verificaris
nam Festum S. Leonis 28. Iunij, si occur-
rit in Dominica, transfertur post Octauam
Apostolorum; ut dicitur in propria
Rubrica, ergo idem sit de alijs semidi-
uplicibus. Verum Rubrica satis verificatur
in duabus casibus: primo quando semidu-
plex occurrit in Dominica; secundo, qua-
ndo in Festo Ascensionis Domini: in qui-
bus casibus, transfertur semidplex in
diē proximè sequentem, si non est impe-
dira; & sic infra octauam sit de semidi-
plici translato, in Ecclesijs particularibus
cointingit sapientius semidplex occurrere in
Festo maiori, quod habet octauam & de
eo sit in secunda die infra octauam. Ru-
brica vero hoc non loquitur de semidi-
uplicibus occurrentibus ante octauam, que
sine dubio transferri debent post octauam:
sed de ocurrentibus in festo; seu in
Dominica infra octauam, & de transla-

B 4 tione

cione in diem proximè sequentem, non impeditum alio Festo.

4 Adhuc accidit alia differentia inter Octanas trium graduum posteriorum, quod occurrebit Festa in iisdem admissis, ut supra, semper tamen de Octaua Epiphaniæ, Corporis Christi, & Natiuitatis eiusdem sit commemorationis ob earum dignitatem. Insta alias Octauas Ascensionis, & aliorum Festorum, occurrentibus Festis minoribus, accidit, ut neque de ijs octauis fiat commemorationis ut dicetur, cum de cœmemorationibus fortasse quia tria illa Festa nostra sunt; Festum vero Ascensionis Angelorum potius, quam nostrum; aliorum denique Sanctorum quia sunt Festa non æqualia tribus primis, ideo quandoque nulla sit cœmemorationis.

5 Omnes dies octauæ pro una festiuite computantur, ait Radulph. propos. 23. qui etiam propos. 19. appellat Octauam prorogationem Festi. Ex quo sequitur, quod eo nobilior est octaua, quo minus interrupta est à Festis aliorum.

6 At vndenam maior octauæ dignitas attendi debet præsertim, si duæ occurràt simul celebrandæ? Certe penes classem Festorum, nam prime classis dignior est secunda; in eadem vero classe attende personas hoc ordine, Christum, B. Virginem, Angelos, S. Ioannem Baptistam, Apostulos, & alios iuxta ordinem Litaniarum, & Rubricam de concurrentia officij num. 2. & ceteris paribus dignior est ea octaua, quam celebrait universalis Ecclesia.

7 Dubitari potest de Dedicacionis Octaua, an sit maior, quam Octaua Patroni loci seu Tituli Ecclesiæ. S. Thom. lect. 5. in cap. Io. 10. docet, maius esse Festum Dedicacionis Ecclesiæ, quam alicuius Sancti; quia in illo recoluntur beneficia toti Ecclesiæ collata, que superant beneficia cuiuslibet Sancto donata, que in eiusdem Feste celebrantur: ergo erit Octaua Dedicacionis Ecclesiæ dignior, quam Octaua Patroni loci, & eadē ratione dignior erit Octaua Assumptionis Beatae Virg. quam Octaua Dedicacionis, quia maiora beneficia contulit Deus vni Deiparae in eius Assumptione, quam contulerit toti

militanti Ecclesiæ; cum præsertim Theologi doceant, collectiue in Deipara Virgine esse omnia gratia, & gloria dona, quæ Angelis, & hominibus singillatim distributa fuerint. Confirmatur hæc doctrina ex Rubr. Breuiarij tit. de duplicit. n. 1. vbi prius recesserit Dedicatio propriæ Ecclesiæ, quam Patronus loci, seu Titulus Ecclesiæ, & tit. de Octauis num. 1. vbi prius nominatur Dedicacionis Octaua, quam principalis Patroni, veluti dignior, & nobilior, ceteris paribus; & in fine Breuiarij additæ sunt lectiones propriæ protota octaua Dedicacionis, non item pro alijs omnibus Patronis locorum: quibus postrem prouisum est cum Octauario Romano à nobis edito, & Sacra Rituum Congreg. approbato.

8 In postrema recognitione Breuiarij actum est de excludendis octauis ab Adventus, sicuti à Quadragesima; sed illud saltem congruere visum est, eas excludi à die 17. Decembris usque ad Epiphaniam: & ante Natiuitatem quidem ea ratione, quam numeri sequenti dicemus; post Natiuitatem vero, quia dies omnes & singuli proprium officium habent nullo modo omitendum fieri vero de octaua, quæ non habetur in Breuiario, per solam commemorationem, visum est modicum quid, quod congruentius omitti potest, in gratiam infantie Christi, & octaurum non sine mysterio comitantium Natiuitatem Christi, ex S. Bern.

9 Accidit etiam, inchoatas non compleri octauas Festorum de Sanctis, & præsertim in tribus casibus. Primus est, quando adueniet dies 17. Decembris, in qua ponuntur Antiphona propriæ, quod in postrema Breuiarij recognitione merito decreatum est, ne omittantur quotannis Antiphonæ privilegiatae; quas recitabant antiqui in Festis occurrentibus, additis ideo Laudibus ferialibus. Quare, si occurrat dies Octaua Festi habentis Octauam in die 17. Decembris, in pridiannis Vesperis nihil fiat, neque commemorationis de Octaua; cum in sequenti die nihil item sit de ea faciendum: nam argumento à simili mox infra numero 13. pro-

probabimus, non conuenire, ut habeat in primis Vesperis aliquid illud Festum, seu Officium illud, quod nihil omnino debet habere in Laudibus. & Vesperis secundis. Alter casus est, quando aduentum Feria Quarta Cinerum, pridie cuius eodem modo, quo nunc dictum est, abrumpenda est Octaua Festi habentis Octauam. Tertius est, adueniente Vigilia Pentecostis, quæ loco citato eiusdem est priuilegij ad Octauas inutiladas cum praedictis ferijs certè ante Microl. cap. 48. non celebrabantur Festa in Quadragesima, & hodie paucissima; ergo conuenit, ut abstineamus in Quadragesima à prorogatione Festorum, hoc est, Octaua, Natalis Domini, sicuti Pascha, debet habere quasi octauam ante, & post, licet non aequali: & conuenit etiam in Vigilia Pentecostis cessare octauam, quæ omne Festum, etiam Patroni, excludit.

10 Dierum infra Octauam Officium est semiduplex, exceptis primis duobus post Pascha, & Pentecosten, quorum Officium duplex est. Diei vero Octauæ duo sunt priuilegia; alterum est, quod numquam transfertur; alterum est, quod duplice ritu celebratur, quia est repetitio Festi, quod à Radulph. propos. 19. in maioribus Octauis significatur. Mior. c. 41. scribit, quod diei infra octauam minorē, idest, Sanctorum, Officium erat feriale trium lectionum. & cap. 44. quod neque mentio per medios dies agebatur, quia extremi tantum dies celebrantur: nihilominus hodiernum ritum in Breuiarijs M.S. ante annos 300. ego reperi; licet Radulph. propos. 19. eiusdem atratis dicat eadem, quæ Micrologus. Per idem (puto) tempus, mutatus fuit ritus in hodiernū, ut esset communis omnibus Octauis.

11 Festum babens octauam, si transferatur post octo dies à die Festi, non celebratur eo anno cum octaua. Non enim numeratur octaua à Festo, sed à die, quo ille Sanctus obiit, vel obiisse creditur, cui fit Festum, nisi aliud ex priuilegio concedatur. de translat. Fest. num. 1.

12 Dies Octaua, quia non transfertur, excludit, & transferri facit Festū Duplex

in ea occurrenti per annum, siue sit maius, siue minus; ut dicitur de Translatione Festorum num. 2. &c in Tabella de Concurrentia, in qua Duplex per annum comprehendit maius, & minus: qua de re dubitarunt aliqui, eo quia inquit, in cursu Duplicis maioris cum die octaua, illud habet integras Vesp. sed est ratio dispar in cursu, quæ communis est Duplici maiori, & minori per annum, ne scilicet omittatur officium diei octauæ in proprio die. cedit autem solemnibus Festis primæ, & secunda Classis, ita ut de die Octaua non nisi fiat commemorationis, uti quando in die Octaua Corporis Christi occurrit Festum S. Ioannis Baptiste; de quo fit officium cum commem. octauæ, ex Decreto Io. XXII. supra citato, in quo meininit, non modo Festi S. Ioani, sed etiam alterius Festi ex maioribus.

Excipe Octaua diem Nativitatis, quæ est secunda Classis, & Epiphaniae, quæ est priuilegiata, ut diximus, ob Baptismum Christi. hæ namque excludunt alia Festa, cedit item dies Octaua Dominicis, quæ excludunt Festa duplia per annum, puta Septuagesimæ, Sexagesimæ, & similibus, ut dicitur de Translatione Festorum num. 1. in quibus fit tantum commemorationis die octauæ.

13 Sed quid agendum erit in primis Vespereis communibus diei Octauæ, & Domicica Priuilegiata? Recitabis Vespereis cum Psalmis Sabbati, à Capitulo de Dominica priuilegiata, & in fine addes commemorationem diei Octauæ, ut in primis Vesperei Festi, ita decreuit, me petente, Sacra Rituum Congregatio die 9. Novembris 1622. & ratio desumitur à simili, ex Rubr. de Concurrentia nu. 10. ubi, cum ageretur de simplici Festo concurrente in Feria quarta Cinerum, in qua de Festo fit tantum commemorationis, eadem tantum commemorationis Festi decernitur in primis eiusdem Vespereis; quia, inquit, cum in sequenti die Festum non habeat Officium, nec etiam conuenit habere primas Vespereas in precedenti die. Voluisse alij primas Vespereas diei Octauæ integras ritu duplici re-

ei recitari: sed absurdum visum est inchoare cum omni solemnitate diem Octauam, que sequenti die officium non habet. Alij dimidiatas Vesperas usque ad Capitulum ritu semiduplici de Octaua, Capitulum deinde de Dominicis: at hoc modo non erant primæ Vesperæ de die octaua, ut patet, cum ritu semiduplici; neque erant secundæ Vesperæ de die infra octauam, que terminatur in Nona Sabati, & in Psalmo quinto erat difficultas, an dicendus ille, qui in primis, aut in secundis Vesperis Festi; & pro commemoratione diei octauæ Antiph. ad Magnificat, vt in primis Vesperis Festi, incongrue dicebatur, ratione diei infra octauam. Maloissent alij abrumpi Octauam in Sabato ad Vesperas, & nihil de ea fieri amplius, ut supra diximus. *nu.8.* sed visa est ratio longe dispar in Dominicis priuilegiatis, extra Quadragesimam, Natalitium tempus, & Pentecostes. Quare sola commemoratione contenti de die octauæ, tam in primis eiusdem Vesperis, quam in Laudibus, & secundis Vesperis, omisssisque precibus ad Primam, & Cöpletorium, & Suffragijs communibus, decreuerunt Eminentiss. Patres, & sapientissimi, ut prædiximus, nempe in gratiam diei octauæ, & Dominicæ occurrentis priuili giatae: quibus & obsequendum erit.

14. In secundis etiam Vesperis diei Octauæ occurrentis in Dominicæ priuilegiata, eadem Dominicæ conseruat sedem hbi acquisitam, itavt de die Octaua fiat tantum commemoration, ut in secundis Vesperis Festi. quod si Dominicæ ipsa concurrat cum sequenti Festo duplice, adhuc commemoration diei Octauæ post Dominicæ commemorationem fiet; non autem, si concurrat cum semiduplici; quia tunc Vesperæ erunt de Dominicæ cum commemoratione diei Octauæ, ut in secundis Vesperis Festi; & deinde semiduplicis, ut in primis eiusdem Vesperis; quia in pari gradu commemorationis nobilior est diei Octauæ, quam Festi semiduplicis commemoration.

15. Ceterum ordinariè dies Octaua si

concurrat cum alia die Octaua, à Capitulo fit de sequenti cum commemorat præcedentis, excepta Octaua Corporis Christi concurrente cum Octaua Sancti Ioannis Baptiste; de qua fit tantum commemoration, & quando in Breuiario aliter notatur, ut in Octauis SS. Stephani, & Ioannis Evangelista, &c. in Rubric. de *Concurrentia Officii num.7.*

16. Dies eadem Octaua si concurrat cum sequenti Duplice minori, etiam translato, à Capitulo fit de sequenti cum commemoratione Octauæ, si cum maiori, fit totum de sequenti, commemorat de præcedentis, ut in die octaua S. Ioannis Baptiste, excipe dies Octauæ Epiphaniae, Pascha, Ascensionis, & Corporis Christi, in quibus ob earum dignitatem secundæ Vesperæ, etiam in concursu cum Duplice maiori per annum; & multò magis primæ Vesp. Octauarum Ascensionis, & Corporis Christi, ut in postrema Breuiarij recognitione decretum est, debent esse integræ.

Et quidem de secundis Vesperis Octauæ Corporis Christi est lex conuenientissima, noua tamen post Io. XXII qui in Decreto supra citato iussérat fieri à Capitulo de sequenti: eadem autem est ratio in Octaua Ascensionis.

17. Si concurrat cum Festo primæ classis, in huius primis Vesperis nulla fit de die Octaua commemoration, ut declaratum est in postrema recognitione, de *Commemorat. rit. 9. num. 4.* Si vero concurrat cum Festo secundæ classis, etiam translato, vesp. Annuntiatio Beatæ Virginis, vel Sancti Marci Festum post Dominicam in Albis; rotum Officium erit de sequenti cum commemoratione præcedentis diei Octauæ, ut aperte dicitur de *Concurrentia num.7.* & est Rubrica generalis modo in postrema recognitione Breuiarij, additis verbis iis: *in secundo ordine:* ut utriusque ordini Festorum sit prouisum.

18. Accidit aliis concursus Festi duplices, vel semiduplicis cum die infra Octauam: & Duplex quidem totū habet Vesperarum Officium cum commemoratione

tione diei infra Octauam; Semiduplex autem regulariter usque ad Capitulum: quod erat de die infra octauam. in Rubr. de Concurr. num. 3. 4. sed fallit illud primum de Duplice in duobus casibus; hoc est, quando Duplex est primæ classis; quia tunc nulla fit de sequenti die infra octauam commemorationis; & quando Duplex est secunda classis, sed in die sequenti non fit Officium de die infra octauam; tunc enim in secundis Vesperis Festi duplicitis nulla fit commemorationis diei sequentis infra octauam. Alterum item de Semiduplici fallit in secundis Vesperis SS. Ioannis & Pauli, quæ sunt integræ cum commem. tantum diei infra octauam. S. Ioannis. ita in Rubrica de Concurrentia num. 3. & 4. causam dabimus in Proprio de tempore.

19. Dies etiam infra Octauam cedit Dominicæ precedenti, in cuius secundis Vesperis non nisi fit commemorationis de die sequenti infra Octauam. loco citato n. 5.

20. Eadem dies infra Octauam cedit Festo duplice, in ceteris secundis Vesperis sola gaudet commemoratione; quæ etiam perditur, si Duplex sequens sit primæ, vel secundæ classis. ibidem num. 4.

21. Non cedit sequenti Dominicæ, vel Semiduplici, nisi usque ad Capitulum, quod erit de Dominicæ, vel de Semiduplici; multoque minus cedit Simplici, de quo fit tantum commemorationis in secundis Vesperis diei infra oct. ibid. num. 6.

22. Quares: an detur casus, quo dies Octaua, quæ est duplex, cedat in concursu Festo Semiduplici? Respond. posito decreto Sacra Congregat. de quo supra num. 13. sequitur aperte, quod, si occurrat Festum semiduplex in Sabbato ante Dominicam priuilegiatam, quæ est simul dies Octaua Festi habentis octauam; eo casu in Vesperis Sabbati. Antiphona, & Psalmi erant de Festo semiduplici, Capitulum de Dominicæ priuilegiata, commemorationis primum de Semiduplici, quod habet dimidium Vesperarum, & deinde diei Octauæ, quæ in loco die sequenti Dominicæ nihil habet, nisi meram commemorationem.

23. Volunt aliqui diem Octauam principalis Patroni loci posse dici Festum duplex maius per annum, eo fine, ut habeat integras Vespertas; sed defendi non potest, cum quia de Concurrentia officij num. 7. expressè iubetur, Vespertas diuidi in concursu diei Octauæ cum duplice Festo; tū quia dies Octaua omnium Sanctorum, non habet secundas Vespertas integras, tum quia est priuilegium Octauarum Christi Domini; tum quia Rubrica sensus in loco citato num. 7. est de die Octaua Patrōni, seu Tituli Ecclesiæ, quibus extra Breuiarium conceditur Octaua. Neque dicas, in Octaua Sancti Ioannis Evangelistæ secundæ Vespere sunt integræ de eodem; quia singularis est casus in concursu cum Octaua Innocentium, longè inferioris ordinis. optasse & ego cum alijs, diem Octauam Festi B. Virg. habentis Octauam esse duplex maius, sicuti sunt eiusdem minora Festa per annum; at eadem serè ratio militaret in Angelis, & Apostolis, ut patet. Rubrica verò non distinguit inter diem Octauam, & diem Octauam, nisi in Festis Domini: unde neque nos distinguere debemus. Urgetque rursus exemplum diei Octauæ omnium Sanctorum, quod est præcipue B. Virg. ex Martyrologio, & non habet integras Vespertas. Octaua quoq; S. Ioannis Evangelista minus urget, quæ in Rubricis excepta fuit, de Concurrentia officij num. 7. ijs verbis: & quando aliter in propriis locis notatur: nulla igitur alia dies octaua Sanctorum est Duplex maius.

24. Denique dies Octaua Corporis Christi licet sit dignissima, si tamē ea die occurrat Festum Nativitatis S. Ioannis, vel Apostolorum Petri, & Pauli, sola gaudet commemoratione, ob singulare merita Sanctorum Principum Ecclesiæ Christianæ toto orbe venerandorum; & eadem ratione fit Officium de Patrono loci, si occurrat in dicta die Octauæ Corporis Christi cum eiusdem commemoratione tantum, quia est primæ classis in loco, ubi est Patronus; idem dico de Titulo Ecclesiæ; & multo magis affirmare de Dedicatione Ecclesiæ, si in eam diem Octa-

Octauam incideret, ob rationem à fortiori sumptam à Sancto Thoma, de qua supra hoc cap. num. 7. Festa verò secundæ classis cedere debent prædictæ diei Octauæ; sicut à tota Oct. arcentur semi-dupl. Festa. & de facto cedit coimmemoratio S. Pauli extra propriam Ecclesiam, ut in propria Rubrica dicitur; quamquā non est propriæ secundæ classis, ut ibi dicemus.

25 De Lectionibus infra Octauas, infra ageimus, de Precibus, Suffragijs, in proprijs Titulis, & Capitibus, Sectione quinta.

De concurrentia Officij. Cap. IX.

Dantur in Officio diuino Cōcurrentia, & Occurrentia, quæ habent pro diuersa ratione proprias leges. Nam Concurrentia est duorum pridiè, & postridiè celebrandorum, & attenditur ordinariè in secundis Vesperis vnius, & in primis alterius Festi; Occurrentia verò est duorum in eodem die.

2 Sequar autem ordinem Titulorum præcedentium Capitum; & primo de Dupli. nam Festum duplex concurrere potest cum alio Dupli, vel die Octaua Festi habentis octauam: Si ergo sunt æqualia, regulariter à Capitulo fit de sequenti cum commemoratione præcedentis. Dixi: si sunt æqualia: quia si Duplex maius sit, totum fit de Dupli cum commemor. diei Octauæ, ut in secundis Vesperis Exaltationis Sanctæ Crucis, Duxi, regulariter, quia in tribus Festis Nativitatis Domini fallit hæc regula, vt eo loco patet. est autem diuisio Vesperarum a Capitulo, in partes ferè æquales. Si sunt inæqualia, illud Festum, quod maius est, habet integras Vesperas, cum commemoratione minoris, quando & hæc fieri debeat, vt dicemus, ex Microlog. cap. 25. quo enim magis, vel minus Festum habet de Vesperis, & præsertim de primis Vesperis, quæ ex Amalario sunt nobiliores secundis, eo etiam solemne magis, & minus est Festum.

3 Inæqualitas attenditur ex hoc ordi-

ne: Festa Domini præferuntur omnibus alijs, & habent utrasque Vesperas integras: Festa Beatæ Mariæ Festis aliorum Sanctorum. Festa Angelorum, & Apostolorum ceteris alijs. si alijs. ergo etiam Euangelistis quod benè nota. Festa Sanctorum, qui in proprijs locis, vel Ecclesijs solemniter celebrantur, alijs in Calendario descriptis. Hinc appellantur prædicta Festa vel primæ, vel secundæ classis, vel duplia maiora, quæ in cōcursu cum minoribus habent integras primas, & secundas Vesperas. Erant ergo iij, qui in Ecclesia B. Rochi propria de eodem, ut Patrono, recitant primas Vesperas cum commemoratione Assumptionis B. Virg. cui debentur integræ secundæ Vesperæ ex hac Rubrica: nam utrumque Festum est quidem primæ classis, sed dignior B. Virgo B. Rocho. Neque valet exemplū, quo se tuerint, quia in primis Vesperis Commemorat S. Pauli in propria Ecclesia Vesperæ sunt integræ de Sancto Paullo; tum quia concursus est inter æquales; tum quia est specialis Rubrica, cui alluditur in Rubrica generali de Concurrentia officij nu. 2. ijs verbis: nisi, inquit, aliter in proprijs locis annotetur; Quod autem dictum est; Festa solemnia locorum præferri alijs in Calendario descriptis, intellige de concursu, & ut diximus supra Sect. 2. cap. 2. num. 29. pag. 14. ceteris paribus, habita ratione personarum iuxta prædictos gradus, & maioritatis titus, de qua ibidem Rubricæ loquuntur.

4 Duplex autem concurrere potest cū Semiduplici, Dominica, die infra Octauam, Simplici, & Officio Sanctæ Mariæ in Sabbato, & tunc omnia in secundis Vesperis de Dupli erunt cum commemoratione illorum, nisi Duplex esset primæ classis, quod admitteret commemorationem tamen de Semiduplici, & de Dominica, non de alijs prædictis; vel secundæ classis esset, quod admitteret præterea commemorationem de die infra Octauam, si in sequenti fieri debet Officium, & de Simplici, & de S. Maria in Sabbato, cum feria vero non concordit, neque cum Vigilia.

5 Semini-